

Gallię basilicis mirabiliorem atque propria^{h)} positione incomparabilem perficere disponebat.

VIII (cap. 16). Omnipotentis etenim dei gratia in ipso cooperante coepit illius fama sanctitatis circum adiacentes seu longinquas penetrare provincias. Nam pręsul Mettensiumⁱ⁾ Adalbero¹⁷⁾ reverenter satis illum evocans commisit eidem sancti Arnulfi^{k)} confessoris regendum ac meliorandum, ut agere consueverat¹⁸⁾, monasterium. Suscipiens ergo illud brevi in^{l)} tempore reddidit emendatum. Tunc nempe^{m)} devota concepit menteⁿ⁾, ut apostolorum principis Petri sanctissimi^{o)} limina visitaturus adiret. Stabiliens nempe coenobia sibi commissa idoneis prępositorum seu cęterorum officiorum personis, ut decreverat, Roman orandi gratia perrexit. Visitatis quoque sanctorum sepulchris vel oratoriis sacris etiam missarum per semet celebratis sollenniis, nam pręfatus Bruno episcopus sacerdotium illi imposuerat, cum apostolica benedictione consolatus regrederetur^{p)} ad patriam, coepit febricitans aegrotare. Tandemque^{q)} ad coenobium sanctę virginis Cristinę¹⁹⁾ perveniens in lectum decubuit. Qui paululum convalescens Vercellis^{r)} devenit rursusque ibidem gravius^{s)} periclitari coepit. Tunc quoque, ut isdem^{t)} referre erat solitus et etiam^{u)} bonę memorię Gerbaldus^{v)}, almi patris Maioli monachus ac prędicti coenobii sanctę Cristinę abbas, perhibebat, dum in ecclesia sancti Eusebii iaceret^{w)} presulis, per quattuor vel quinque horarum spatia^{x)} ita factus est exanimis, ut nullum omnino spiramen in ipso cognosceretur^{y)}. Sed tamen ignoratur, quid tunc divinitatis persenserit^{z)}, quoniam paululum in se reversus voce, qua poterat, lingua palpitans hęc personabat verba: „Domine Iesu^{a)}, rex aeternę glorię,

h) -pria *auf Rasur F*

i) Metensium *RB*

k) Arnulphi *M*

l) *fehlt RBM*

m) enim *BM*

n) merita *B*

o) *BM*; sanctissima, *darin -a auf Rasur F*; sanctissima *R*

p) regreditur *BM*

q) Jam jamque *BM*

r) Vercellas *R*

s) pravius *B*

t) idem *BM*

u) *fehlt R*

v) Geribaldus *R*

w) iaceret Eusebii *RBM*

x) t *aus c F*

y) *Rasur zwischen dem zweiten e und -tur F*

z) praesenserit *M*

a) *FMeR*, Iesu Christe *BM*

¹⁷⁾ Adalbero II., Bischof von Metz (984—1005). Zur Übertragung der Abtei St. Arnulf an Wilhelm (um 996/7) s. Bulst S. 81 ff.

¹⁸⁾ Dieselbe Formulierung benutzt Rodulfus Glaber auch beim Reformauftrag an Maiolus, s. S. 470.

¹⁹⁾ Kloster S. Christina am Olona, s. Bulst S. 115 u. 187 (dort fälschlich — nach Sackur — S. Christina am Oglio).